JUS DOMANIALE

EX

CELEBERRIMORUM JURISCONSULTORUM

PRÆSERTIM GERMANORUM

TRACTATIBUS, DISPUTATIONIBUS, QUÆSTIONIBUS, OBSERVATIONIBUS, DECISIONIBUS ET CONSILIIS,

NEC NON

SUMMORUM QUORUNDAM PRINCIPUM CONSTITUTIONIBUS PARTICULARIBUS REPRÆSENTATUM,

IN SEX PARTES DIVISUM

Cum Indice Materiarum rerum & verborum.

FRANCOFURTI AD MOENUM,

EX OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII,

ANNO MDCCI.

JURIS DOMANIALIS

PARS PRIMA,

IN QUA CONTINENTUR

RENATI CHOPPINI,

JURISCONSULTI EXCELLENTISSIMI
ET IN PRIMARIO GALLIARUM SENATU
ADVOCATI PRÆSTANTISSIMI,

DE

DOMANIO FRANCIÆ

LIBRI TRES,

Cui Adjectæ ſunt

LEGES DOMANIALES REGNI POLONICI,

EDITIO QUARTA ET NOVISSIMA.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Ex Officina Christiani Genschii,

CANDIDO LECTORI RENAT. CHOPPINUS. J. C.

DECIMUS jam & ſeptimus agitur annus, qvò, intactum prius abditumqve, ſcriptis vulgavimus Francicum *Domanium.* Sed, ut novis rebus crebrò accidit, rari hujus inſolentiſqve Argumenti tractatio viſa eſt tum nonnullis ſpinoſior, Gallicarum maximè Antiqvitatum imperitis. Qvalibus hæc nihilò magis patent *Auguſti Cenſus* adyta ac penetralia, qvàm Platonicæ Academiæ fores ignaris Geometriæ: Sicuti Platonis Scholæ inſcriptum erat, *οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω.* Qvod enim in Sacris fiebat olim ut initiatis ſolùm *τὰ ἐποπτικὰ & ἐσωτερικὰ* communicarentur, illud idem in Philoſophia erat uſitatum. Aſt qvinqvennio poſt hujus editionem Operis, commodùm occurrit, ut vir Reipub. ſtudioſus Gallicis Commentariis interpretaretur noſtri *Domanii* Capita qvatuor viciſſim ac fragmenta: qvæ, in noſtris legendis accuratè verſatus, haud perinde aliis obvia omnibus, intellectàqve conjectârat. Qvibus in commentariis licet interpres Auctoris Latini nomen ſuppreſſerit, publicæ tamen utilitati gratulatum

Patrimonia CORONÆ Gallicæ conſcripta

tulatum

CHRISTOPH. THUANO,

PARISIEN. SENAT. PRÆSIDI MAX. SANCTIORISQVE PRÆTORII CONSILIARIO,

Renatus Choppinus. S.

EX qvo tempore ad principem hunc Gallici Senatus Magiſtratum aſſumptus es (THUANE præſ. Max.) ego qvantulamcunqve tibi diurnæ opellæ meæ forenſibus Actionibus rationem reddidi; Qvalem Ægyptii, Præſidi Provinciæ, revocato vetere Amaſis Regis inſtituto. Otii verò non minus, qvàm negotii ationes edendas ratus, Agellum hunc DOMANIALEM profero, domeſticarum ſatu lucubrationum excultum; Qvem & idcircò imprimis refero ad judicium tuum, ſacrámqve (ut Leges noſtræ loqvuntur) cognitionem, ut tute eundem, ſi ita viſum ſit, des', dicas, addicas ſtudioſæ Francicarum Obſervationum juventuti. Debueram, fateor, ſumere materiem meis æqvam viribus, & verſare diu, qvid ferre recuſent, qvid valeant humeri. Sed qvantùm mihi initio hujus argumenti gravitas timoris attulit, ne inconſultæ audaciæ notam incurrerem, tantùm ademit ejuſdem novitas, à nullodùm deſcripti; bona ſpe veniæ * πρωτοπείρῳ impetrandæ, qvi

* primùm experienti.

Avia

RENATI CHOPPINI ANDEGAVI,

J. C. ET IN SUPREMA PARISIORUM CURIA ADVOCATI.

DE DOMANIO FRANCIÆ, LIBER PRIMUS.

Tit. I.

DE ORIGINE, ET AUCTORITATE REGII PATRIMONII, AB EXTERNIS EXEMPLIS DEDUCTA ISAGOGE.

SUMMA EORUM QVÆ HOC TITULO CONTINENTUR.

1. *Duplex Imperatorum Romanorum patrimonium, Fiſcale & Privatum.*
2. *Hinc Æraria duo, procuratores, comites totidem.*
3. *Vetus ærarii à fiſco differentia. Fiſci etymologia.*
   Vetus Provinciarum diſtributio in ſtipendiarias, & tributarias.
4. *Reipubl. patrimoniũ in Vectigalibus, portoriis, decumis, & conſimili prædiaria penſitatione.*
   Ea vectigalia aut ſublata, aut imminuta.
   Solaris penſitationem ex lapidicinis & metallifodinis præſtari.
   Ejus etymon.
   De frumentario Canone.
5. *Superioris differentiæ confuſio.*
   Penſitationes variæ, Canon, Oblatio, Indictio.
6. *Conſtantinopolitanorum Imperatorum* DOMANIUM.
   Panagium, ſive Appennagium.
7. *Syriacorum Regum* DOMANIUM.
8. *Gotthorum Regum* DOMANIUM.
9. *Perſarum* DOMANIUM *in viginti provinciarum tributis.*